

Votum.

Votum exemplum.

Jacob, vadens ad domum Laban avunculi sui post offeram sibi a Domino visonem, Vovit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimenta ad induendum, reverentiam fuero proptere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexit in titulum, vocabitur domus Dei; cunctorumque quae dederis mihi, decimas offeram tibi. Gen. 28. v. 20.

Rex Arad --- pugnavit contra illum (Israel) & victor existens, duxit ex eo pradam. At Israel, voto fe obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus. Exaudivitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananzum, quem ille interfecit submerfis urbibus ejas: & vocavit nomen loci illius Horma, id est, Anathema. Num. 21. 1.

Pugnaturus Jephthe contra filios Ammon, Votum vovit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meae, mihi que occurrerit reverenti cum pace a Filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Judic. 11. 30.

Cum esset Anna amaro animo oravit ad Dominum, flens lagiter, & votum vovit, dicens: Domine exercituum, si respiciens - dederis que servae tuae sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitae ejus, & novacula non ascendet super caput ejus. 1. Reg. 1. 10.

Asylum vulnus rebellare patri suo David, dixit ad eum: Vadam, & reddam vota mea, quae vovi Domino in Hebron. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gethar Siriz, dicens: Si reducerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. 2. Reg. 15. 8.

Rex Asa perselus erat coram Domino: Et intulit ea, quae sanctificaverat pater suus, & voverat in domum Domini, argentum, & aurum, & vasa. 3. Reg. 15. 15. Item extat de Salomone. 2. Par. 5. 1. Item & c. 15. 18.

Latatque eel populus, cum vota sponte promitteret: quia corde toto eserebat ea Domino: fed & David rex letatus est gaudio magno. 2. Par. 29. 9.

Sed & Filii Israel & Juda --- obtulerunt decimas boum --- quae voverant Domino Deo suo. Ibid. 31. 6.

Rex Attaxerxes precepit Esdra & populo, ne ferrent munera Domino Deo Israel, quae voverant. 3. Esdr. 8. 14.

Omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum: & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, vota, & promissiones suas. Judic. 16. 22.

Inquitur de his, qui erant in navis, ubi fuit Jonas propheta, Et timerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hostias Domino, & voverunt vota. Jona 1. 16.

Heliodorus autem (virtute divina graviter punitus, sanatus per orationem Ovis) hostia Deo oblata, & votis magnis promissis --- repedabat ad regem. 2. Mach. 5. 35. Vide simile de Austroche c. 9. 15.

Beata virgo Maria virginitatem novisse videtur ex hoc capite, quod ait ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. 34.

Qui sibi totoderat (Paulus) in Cenchris caput: habebat enim votum. Act. 18. 18. Vide idem. Creditur votum & impium fecerunt illi Judaei, qui accedentes ad principes sacerdotum dixerunt: ne manducaturus, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Ibid. 23. 12.

equi Vota servanda ac reddenda.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & sponderit Deo animam suam, sub astimatione dabit pretium, & c. Lev. 27. 1.

Loquere ad filios Israel (ait Dominus ad Moysen) & dices ad eos: Vir, sive mulier, cum fecerit votum ut sanctificentur, & se voluerit Domino consecrare: a vino & omni quod inebriare potest, abstinere, & c. Num. 6. 1. per totum caput.

Actus de voto ac juramento virorum, & quando puellarum & uxorum vota seu iuramenta rata sunt vel irrita. Ibid. 30.

Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Deut. 23. 21.

Vota mea reddam (Deo) in conspectu timentium eum. Psal. 21. 26.

Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Ibid. 49. 14.

Reddam vota mea de die in diem. Ibid. 60. 9. & 67. 13.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus assertis munera. Ibid. 75. 12.

Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed

sed quodcumque voveris, redde. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. Eccl. 5. 3.

Si quis illis (ait argenteis) votum voverit, & non reddiderit: neque hoc requirunt. Bar. 6. 34.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi (Deo) quaecumque vovi, reddam pro salute Domini. Jona 2. 10.

Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se, & c. Act. 21. 23.

Votum castitatis servanda, seu non cognoscendi virum. Vide & Castitas.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. 34.

Non sine damnatione violatur.

CUM enim luxuriata fuerit in Christo, nubere colunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1. Tim. 5. 12.

Votum impliri non implendum. Vide Juramentum.

TITULUS XXV.

Usura. Vide & Feneratio.

Usura est prohibita.

SI pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Exod. 22. 25.

Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi advenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Levit. 25. 35.

Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: sed alieno. Deut. 23. 19.

Usuram singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversus eos conacionem magnam (ait Nithemias). 2. Esdr. 5. 7.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit (glorificans eum Deus). Psal. 14. 5.

Qui calumniatur divitem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditioni, & egebit. Prov. 22. 16.

Qui concervat divitias usuris, & fenore liberali, in pauperes congregat eas. Ibid. 28. 8.

Vae mihi, mater mea: quare genuisti me virum rixae, virum discordiae in universa terra? non feneravi, nec feneravit mihi quisquam: omnes maledicant mihi. Jerem. 17. 10.

Qui ad usuram non commodaverit, & amplius non accepit: ab iniquitate averterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in praeceptis meis ambulaverit, & iudicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic iustus est, & vita vivet, ait Dominus Deus. Ezech. 18. 8.

Ad usuram dantem, & amplius accipientem: numquid vivet? non vivet: cum universa haec detestanda fecerit, morte morietur, sanguis ejus in ipso erit. v. 13.

Munera accipiunt apud te ad effundendum sanguinem: usuram & superabundantiam accipiunt, & avaros proximos tuos calumniabaris: meique oblita es (Jerusalem) ait Dominus Deus. Ibid. 22. 12.

Et si mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere: quae gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant aequalia. Luc. 6. 34.

Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa apud Deum. Ibid. v. 35.

Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid alicui defraudavi, reddo quadruplum. Ibid. 19. 8.

TITULUS XXVI.

Uxor.

Uxor non remore relinquenda.

Omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Marc. 5. 32. Item Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. 10. Deut. 22. 19.

Uxoris Officium.

Mulierique quoque dixit (Deus): Multiplicabo arummas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Gen. 3. 16.

Sara uxor Abrahae obediebat marito, & Dominum eum vocabatur. Ibid. 18. 12. 1. Pet. 3. 6.

Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento: quo die audiverit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat. Num. 30. 7. Sin autem exemplo contraherit (Maritus), non tenetur promissiois rea: quia maritus contradixit, & Dominus eis propitius erit. v. 13.

Non induatur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit haec. Deut. 22. 5. Esther 1. per totum.

Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire; monentes eam honorare foceros, diligere maritum, regere familiam & gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. *1. Pet. 3. 12.*

Mulier gratiosa invenit gloriam; & rebus habebunt divitias. *Prov. 11. 16.*

Mulier diligens, corona est viro suo; & putredo in offibus ejus, quae confusione res dignas gerit. *Ibid. 12. 4.*

Paulus Corinthiis inquit de matrimonio, cuique usque, & indissolubili vinculo, in nuptiis commendandae caritatem, & quomodo fidelis cum infideli coniuge se habere debeat, &c. *1. Cor. 7.*

Omnis autem mulier orans aut prophetans, non velato capite, deurpat caput suum; unum enim eum sic decalvetur. *Ibid. 11. 5.* Etenim non creatus est vir pro muliere, sed mulier propter virum. *v. 9.*

Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. *Ibid. 14. 34.*

Mulieres viris suis subditae sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiae. *Ephes. 5. 22. 1. Tim. 2. 11.*

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. *1. Tim. 2. 11.*

Mulieres similes pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. *Ibid. 3. 11.*

Ut prudentiam doceant (Anni) adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas, viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. *Tit. 2. 4. 1. Pet. 3. 1.*

Z

TITULUS I.

Zelus & Zeleptia.

Vide & Ita.

Zelus significat studium, quo accenditur ad alienius virtutes imitandas, aut superandas, sine ullo tamen ipsius odio.

Mulamini autem carismata meliora. *1. Cor. 12. 31.*

Sectamini caritatem, emulamini spiritalia, &c. *ib. 14. 1. Vide Ibid. v. 12. & 39.*

Vestra aemulatio provocavit plurimos. *2. Cor. 9. 2. Gal. 1. 2.*

Bonum autem emulamini in bono semper. *Gal. 4. 18.*

Christus mandavit sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum. *Tit. 2. 14.*

Zelus Dei, id est affectus ille summus quo populum suum gratiae amplectitur, cum iusto severitate aduersus peccata, & ira formidabili in Ecclesia loquitur.

Phinees --- (inquit Deus) avertit iram meam a filiis Israel: quia Zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in Zelo meo. *Num. 25. 11.*

Sed tunc quam maxime furor ejus (Dei) tumet, & Zelus contra hominem illum, peccatorem. *Dina. 29. 20.*

De Jerusalem quoque egredientur reliquia, & quod salvetur de monte Sion: Zelus Domini exercituum faciet hoc. *4. Reg. 19. 31.*

Uiquequo Domine irascaris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus? *Ps. 78. 5.*

Zelus Domini confirmabit regnum David. *1. Isa. 9. 7.*

Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir praeliator suscitabit zelum: vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur. *Ibid. 42. 13.*

Et vidit Dominus (impietatem) & malum apparuit in oculis ejus --- & indutus est vestimentis ultionis, & operatus est quasi pallio zeli. *Ibid. 59. 15.*

Et sciens, (inquit Dominus, inimici mei) quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum implevero indignationem meam in eis. *Ezech. 5. 13. cap. 16. 38. item cap. 23. 25. item c. 36. 5. cap. 38. 19.*

Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius. *Ibid. 16. 42. c. 39. 25.*

In igne zeli ejus (Dei) devorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. *Sophon. 1. 18. Conser. c. 3. 8.*

Zelatus sum Sion, (inquit Deus) zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam, &c. *Zach. 8. 2.*

Zeli & Zeleptia bona exempla.

Exhibent filii Jacob ob suam fratris sui Dinae per Sichem oppressa. *Gen. 34. 7. Vide totum cap. 34.*

Audient Moses voces castantium, & videns vitulum & chinos, iratus est valde, & protulit tabulas, confregit eas: & gravissime punivit populum, pro quo paulo ante tam fideliter & constantiter oraverat ad Deum. *Exod. 1. 37. v. 19. & 27.*

Cum unus de filiis Israel intravisset coram fratribus, ipse & Moyses videntes, ad sortum Ma-

Madianitidem, & illud vidisset Phinees, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pignore, ingressus est post virum Israelitem in luperan, & perdidit ambos simul, virum scilicet & mulierem, in locis genitalibus. Quod etiam valde placuit Deo. *Num. 25. 7. Vide sequentia.*

Prospit Josue Achab lapidari, & terram ejus suppellectilibus comburi, quia viderat de anathemate Phinees. *Josue. 7. 24.*

Quod cum audissent filii Israel... (filios Ruben & Gad adhaesisse sibi astra) convenerunt omnes in Selo, ut ascenderent, & dimicaret contra eos. *Ibid. 22. 11.*

Ob scelus (scilicet quod Gabaonites qui erant ex tribu Benjamin prodigiosa libidine extinxerant uxorem Levita redeuntem cum a domo paritum cap. 19. v. 20.) Punientis reliqua tribus aduersus Benjamin fecerit, atque iterum bello inferiores, tertioque committentes iussu Domini praelium, aduersus illam praeceperunt qui in solita animo fuerant, penitus deleverunt. *Judic. 20.*

Dixitque Samuel: Aducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguis & tremens. Et dixit Agag: Sicine leparas amara mors? Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concidit eum Samuel coram Domino in Gath. *1. Reg. 15. 32.*

Dixitque Elias ad eos (populum Israel) Apprehendite prophetas Baal, & ne unus quidem efugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi. *3. Reg. 18. 40.*

Quid hic agis Elia? At ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, derelictus sum ego solus, & quarunt animam meam ut auferant eam. *Ibid. 19. 9. 1. Reg. 11. 6.*

Reprehensus est Achab, eo quod Beodad regem Syria, virum morte dignum, in insidre vitam perdidisset. *3. Reg. 20. 12.*

Quomodo rex Israel Jehu specialiter fuit malus, tamquam vultum commendatur eo quod semel domus Achab delerit; & Phobas Baal occidit; & ad eum ipse Baal destruxit. *4. Reg. 10. 11. Vide v. 16. & 25. & 27.*

Sic etiam Esauitias pietate eximius, dissipat omnia idolorum delabra, &c. *Ibid. 18. 4. Vide similit. 4. Reg. 23. 6.*

Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Jojada sacerdotem, & stetit in conspectu populi (inspiratus ferocitatis), & dixit eis: Quare transgredimini praeceptum Domini, quod vobis non dicitur: & dereliquistis Dominum, ut derelinqueret vos? *2. Par. 24. 20.*

Audient Esdras sacerdos Judaeorum cum gentibus matrimonium contraxisset, miro modo soluit, & genua ac epulas supra delicta ostendit. *1. Esdr. 9. 3.*

Videns Nicanias Judaeorum ducentes uxores alienigenas, oburgavit eos, & maledixit, & verberavit aliquos, & decaruit. *2. Esdr. 13. 25.*

Zelus domus tua comedit me, inquit David. *Psal. 68. 10.*

Et ut cessavit loqui verba haec (Mathathias) accessit quidam Judaeus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in civitate Modin, secundum jussu regis: & vidit Mathathias, & doluit, & contremuit renes ejus, & accensus est furor ejus secundum iudicium legis, & insulmure trucidavit eum super aram; sed & virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat inmolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem, sicut fecit Phinees zelum habet legis, statuit testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filii ejus in montes, & reliquerunt quaecumque habebant in civitate. *1. Mac. 2. 23.*

Onas summus Pontifex resistit virilitate Sionis, qui volebat alicuiquid in civitate moliri. *2. Mach. 3. 4.*

Miro servatus zelo Joannes Baptistas, quando dicebat: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Simul & quando Herodem increpabat. *Matth. 3. 7. Cap. 14. 4.*

Et intravit Jesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit. *Matth. 21. 12. Joan. 2. 15.*

Dura increpabat Dominus Scribas & Pharisaeos, dum dicit ipsi: Ve vobis Scribae & Pharisaei, Hypocritae, &c. & sapienter istud va reperit duxissime & zelosissime. *Ibid. 23. 13.*

Recidati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est: Zelus domus tua comedit me. *Jos. 2. 17.*

Sciens Jesus Pharisaeos ipsum nequiter observare, circumspiciens eos cum ira, contristatus est super caecitate cordis ipsorum: dixitque: Vos ex patre diabolo estis. *Ibid. 8. 44.*

Grandi zelo succensus est Petrus in Ananiam & Saphiram, quando vidit, quod fraudaverat aliquid de pretio agri. *Act. 5. 3.*

Strabani ex ardentis zelo dixit Judaei: Dura cervice, & incircumcissis cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis. *Ibid. 7. 51.*

Resistit sibi & Barnaba Barnaba pseudo-propheta respondit Paulus: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas. *Ibid. 13. 10.*

Dum Paulus predicaret Athonis incitabatur Spiritus ejus in ipso, videns idololatriz deditam civitatem. *Atho. 17. 16.*

Emulor enim vos Dei emulatione, &c. *1. Cor. 11. 2.*
 Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. *Phillip. 3. 2.* Specialiter etiam ap-
 pare sermo zelus Pauli in Epistola ad Galat. cap. 5. ubi arguebat, obsecrabat, famuliter ad Corinthios
 monebat, & ad Hebræos primo, &c.

Zeli inuicem exempla.

Videntes Iste, famulus Moysi duos homines in castris prophetantes, dixit: Domine mi, Moyses,
 prohibe illos. At ille: Quid, inquit, emularis pro me? &c. *Nam. 11. 28.*
 Abit voluit amputare caput semi maleficenti David, persecutionem Absalom patienti. Sed non per-
 misit David ut aliquid mali inferretur illi. *2. Reg. 16. 9.*

Elitii peccatarum cogerunt Eliseum, ut miseret viros ad querendum Eliam, ne forte Spiritus Domini
 proficisceretur cum in unum montium, aut in unam vallium. *4. Reg. 2. 17.*

Jonas fugere voluit a facie Domini, quando precepit ei predicare Ninivitis; *Jona. 1. 3.* sed postmodum
 doluit dum viderat civitatem non rueri, uti praxerant. *cap. 4. 1.*

Cum ostendisset Dominus discipulis oportere se multa pati in principibus Judæorum, & occidi, Petrus
 cepit increpare illum, dicens: Abit a te Domine, non erit tibi hoc. *Matth. 16. 21.* Sed ut
 de resurrectione Christi *ibid. v. 23.*

Plus Pharisæi zelabant pro auro templi, quam pro ipso templo; & plus pro altari altari, quam pro
 ipso altari. *ibid. 23. 16.*

Sic & Pharisæi zelabant, videntes discipulos Christi spicari velentes die sabbati, & manibus confri-
 cantes. *Marc. 6. 23.* Item *Matth. 12. 2. Luc. 6. 1.*

Plus zelabant pro traditionibus suis, quam pro divinis mandatis. *Cap. 7. per totum.* Vide de hoc &
 totum *cap. 15, Matth.*

Oblati sunt Domino parvuli, ut manus eis imponeret & oraret; discipuli autem increpabant eos qui
 portabant: Jesus autem ait: Sinite parvulos venire ad me. *ibid. 10. 13.*

Cum effudit Maria preciosum unguentum super caput Domini, quidam discipuli indigni ferebant,
 & fremebant in eam, de perditione unguentum. *ibid. 14. 3.*

Multum zelabant Pharisæi pro observatione Sabbati, dum videbant Dominum die illo curantem infir-
 mos. *Luc. 6. 1. & 13. 14.*

Joannes Apostolus prohibuit quendam ejicientem demonia in nomine Domini Jesu, eo quod non sequeretur
 eum cum aliis discipulis. Et ait ad illum Jesus: Nolite prohibere, qui enim non est adver-
 sum vos, pro vobis est. *ibid. 9. 49.*

Audientes Jacobus & Joannes Samaritanos non recepisse nuntios Domini, ajunt: Domine, vis dici-
 mus ut ignis descendat de celo, & consumat illos? Et conversus (Dominus) increpavit illos,
 dicens: Nescitis cujus Spiritus estis. *ibid. 7. 54.*

Arguit Dominus Petrum, qui amputaverat amem sermo principis sacerdotum, eo quod tunc non erat
 Christi tempus patientia ostendenda, sed patientia exhibenda. *ibid. 22. 50.* Vide & præcipue *Matth. 26.*

51. Joan. 18. 10.

Discipuli Joannis Baptista indifferere zelaverunt contra Christum, & dixerunt: Rabbi, qui erat te-
 cum trans Jordanem -- hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. *Joan. 3. 26.* Joannes autem
 optime respondit & reprehendit eos.

Cum afferretur de civitatibus vicinis diversis infirmi & a Petro curarentur: Exurgens Princeps sa-
 cerdotum, & omnes qui cum illo erant -- repleti sunt zelo. *Atho. 5. 17.* Sic & de Stephano
 legitur & Pauli indifferere zelus. *1. Cor. 7. 37. & 9. 1.*

Videntes Judæi, quod bene universa civitas convernerat audire verbum Dei, quod Paulus & Barnabas
 prædicabant, repleti sunt zelo, & contradicebant eis, quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes.
ibid. 13. 45.

Paulo Apostolo dixerunt fratres: Vides frater, quod millia sunt in Judæis, qui crediderunt, &
 omnes emulatores sunt legis: sed putant te contra Moysen ducere, & ipso adharere tui voluit, sed
 persequuntur te, &c. *ibid. 21. 20.* de his vero loquitur Paulus in Epistola sua ad Romanos *cap. 10. 2.*

Testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem Dei habent, sed non secundum scien-
 tiam, &c. Et quidem talis emulatio fuit & ipse Paulus ante conversionem, vide *cap. 22. 3.* Actorum
conf. & cap. 26. 9.

Audistis enim (confiteor Paulus) conversationem meam aliquando in Judaismo: quoniam su-
 pra modum persequabar ecclesiam Dei, &c. *Galat. 1. 13.* Vide 1. ad Timoth. 1. 12.

Emulantur vos non bene; sed excludere vos volunt, ut illos emularent, &c. *ibid. 4. 17.*

